


Birgitta

# Orationes. Add: Aurelius Augustinus, S: Oratio ...




Inkunabel I165 = F1700 I360

Tillkomstår after 1500?

Digitaliserad år 2015



National Library  
of Sweden



Kungl. Biblioteket  
STOCKHOLM

F. 1709

Taol.

Birgitta B

F1700

1260



228 f. [Inc. Holm. 1165.]

Er i Mainz, liksom de  
flösta af de många, nu  
lika sällsynta. 1400 tal  
upplagorna, alla från Rom.  
(Besiken el. Planck?)

(Er i Pöttecher) **Pr. Hierte**  
1897.

Gesamtkal. des Wiegendrucke 4382.

[Rom: Johann Besiken,  
eft. 1500?]

Tit. i faks. efter en annan  
uppl. eft. 1500.

Ur Otto Smith's donation

F1700  


---

1360

0 0 0 0

**O**rationes sanctæ Brigittæ cum  
Oratione sancti Augustini.





**H**ec sunt quindecim collecte siue orationes illius preclarissime virginis beate Brigitte quas ante ymaginem dñi nostri Jesu xpi crucifixi indices deuotissime dicebat.

*Oratio prima.*



**O** Domine iesu xpe eterna dulcedo te amariū iubilus excedens omne gaudium ⁊ omne desiderium salus ⁊ amator penitentiū peccatorum qui delicias tuas attestat⁹ es esse cum filijs hominū: propter hominē homo factus in fine tempoz. **M**emento omnis premeditationis ⁊ intui meroris quē ab initio cōceptionis tue in humana natura sustinuisti: maxime instāre saluberrime passionis tue tempore in diuino corde ab eterno preordinato. **M**emento tristitie ⁊ amaritudinis quam in anima tua teipso attestante habuisti quando dixisti. **T**ristis est anima mea vsq; ad mortē: ⁊ quando in vltima cena discipulis tuis corpus ⁊ sanguinem tuum tradidisti: pedes eoz lauisti: et dulciter eos cōsolando iminentē passionē tuam p̄dixisti. **M**emento tremoris angu-



ante passionē crucis tue pertulisti: quādo  
post trinam orationē sanguinē sudorem a  
discipulo proprio tradebaris: ab electa gē  
te capiebaris: a falsis testibus: accusabaris  
a tribus iudicibus iniuste iudicabaris: in  
electa ciuitate in pascale tempore in florida  
corporis tui iuuentute innocenter damna  
baris: tradebaris: conspuebaris: veste pro  
pria cruebaris: vestibus alienis indueba  
ris: collaphisabaris: oculis ⁊ facie velaba  
ris alapis cedebaris: ad columnā ligaba  
ris: flagellabaris: spinis coronabaris. O dul  
cissime iesu da mihi queso ob memoriam  
harum penarū ⁊ passionū: ante crucis tue  
passionem veram ante mortem meam con  
tritionē: puram confessionē: dignam satisfi  
ctionē: ⁊ omnium peccatorū meorū remissio  
nem Amen. Ave dulcissime iesu xpe mise  
rere mihi peccatori. Pater noster Ave ma  
ria. Et iste modus seruetur post quālibet  
orationem.

### Secunda Oratio.

**O** iesu vera libertas angelorū: ⁊ paradi  
sus deliciarū: memento terroꝝ ⁊ hor  
rorum quos sustinebas quādo omnes ini  
mici tui quasi leones ferocissimi te circū  
steterūt: ⁊ collaphisationibus: conspuitio

ribus: vngulationibz: ceterisq; inauditis  
supplicijs te molestarunt: z per omnia  
cõrumeliosa verba: durissimaq; tormenta  
quibus te omnes inimici tui affixerunt: de  
precor te vt liberes me ab omnibz inimicis  
meis visibilibus z inuisibilibus: z dones  
mibi sub vmbra alaz tuaz protectionem  
salutis eterne inuenire Amē. Ave dulcissi  
me. Pater noster Ave maria.

### Tertia Oratio.

**O** Jesu mundi fabricator z creator que  
nulli dimerio vero termino metitur  
qui terrā palmo cõcludis: recordare ama  
rissimi doloris tui quem sustinebas dum  
sanctissimas manus tuas ad crucez obru  
sis clavis primo affixerunt ad perforandū  
delicatisimos pedes tuos cum non es  
cõueniens volūtati eoz dolorem super do  
lorem addiderūt vulneribz tuis: z ita cru  
deliter distraxerunt z extendērūt in longū  
z latum crucis tue vt dissoluerent omnes  
cõpagines membrorū tuorū: precor te per  
huius sanctissimi et amantissimi in cruce  
doloris memoriā des mibi timorē z amo  
rem tuū Amē. Ave dul. Pater noster Ave  
maria.

### Quarta Oratio.

**O** Jesu celestis medice Recordare languoris et doloris atque litoris quos in alto crucis patibulo leuatus passus es in omnibus dilaceratis membris tuis quorum nullum in recto statu suo permansit: ita ut nullus dolor dolori tuo similis inueniretur: quia a planta pedis usque ad verticem capitis non fuit in te sanitas: et tunc dolor omnium immemor patrem pro inimicis precorasti dicens. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt: per hanc caritatem et misericordiam: et ob memoriam doloris concede ut hec memoria amarissime passionis tue sit omnium peccatorum meorum plenaria remissio. Ave dulcissime. Pater noster Ave maria.

Quinta Oratio.

**O** Jesu speculum claritatis eterne: memento illius meroris quem habuisti quando in speculo serenissime maiestatis tue conspexisti predestinationem tuam electorum tuorum per merita passionis tue saluandorum et reprobationem malorum in multitudine damnandorum: et per abyssum miserationis tue que perditis et desperatis peccatoribus tunc condoluisti: et precipue quando latroni in cruce exhibuisti dicens. Hodie mecum eris

In paradiso. Rogo te pie iesu vt facias me  
cum misericordia tuâ in hora mortis mee  
Amē. Aue dulcissime. Pater noster. Buc.

### Sexta Oratio:

**O** Jesu rex amabilis totusq; desiderabi  
lis: Memento meroris quē habuisti  
quando nudus z miserabilis in cruce pe/  
pendisti: z amici ac noti tui aduersus te ste  
terunt z nullum consolantem inueniebas  
nisi solam dilectaz genitricē in agone tibi  
fidelissime assistentē: quā discipulo tuo cō/  
mendasti dicens. Mulier ecce filius tuus  
Et ad discipulum tuum. Ecce mater tua.  
Rogo te pie iesu per gladium doloris qui  
tunc eius animam pertrāsuit: vt cōpatia/  
ris mihi in omnib; tribulationib; z affli/  
ctionibus meis corporalibus z spiritali  
bus: da mihi consolationē in omni tempo  
re: tribulationis mee Amen. Aue dulcissi  
me. Pater noster. Aue marie.

### Septima Oratio.

**O** Jesu fons inexhauste pietatis: qui ex  
intimo dilectionis affectu in cruce di  
xisti. Sitio. s. salutē humani generis: accen  
de q̄sumus nostrū desiderū ad om̄e opus

perfectum ⁊ sitim carnalis concupiscentie  
⁊ estum mandanaz dilectionem in nobis  
penitus refrigera ⁊ eringue Amen. Ave  
dulcissime. Pater noster. Ave maria.

### Octava Oratio.

**O** Jesu dulcedo cordium ingensq; sua  
viras mentium per amaritudinem  
aceri ⁊ fellis quas pro nobis sustinisti in  
cruce ⁊ degulisti: concede nobis miseri  
peccatorib; corpus ⁊ sanguinē tuum om  
ni tempore: ⁊ precipue in hora mortis no  
stre digne percipere ad remediū ⁊ consola  
tionem animaz nostraz Amen. Ave dul  
cissime. Pater noster. Ave maria.

### Nona Oratio.

**O** Jesu regalis virtus iubilusq; mentis  
memento angustie quam passus  
es quando per mortis amaritudinē: ⁊ in  
deoz insultationem cum magna voce te a  
deo patre derelictum clamasti dicēs. De  
heli lamazababani: quod est deus meus  
deus meus vt quid me dereliquisti: per hāc  
angustiam pero te vt in angustijs mortis  
mee non derelinquas me dñe deus meus  
Amen. Ave dul., Pater n̄. Ave maris.

Decima Oratio.

**O** Jesu alpha et o unio et virtus in omni medio. Recordare quod a summo capite usque ad plantam pedis pro nobis in aquam passionis te dimersisti: propter latitudinem et magnitudinem vulnere tuorum doce me veram caritatem custodire datum mandatum tuum nimis. Amen. Ave dulcissime. Pater noster Ave maria.

Undecima Oratio.

**O** Jesu abyssus profundissime misericordie: rogo te propter profunditatem vulnerum tuorum qua transierunt carnem tuam et medullam ossium: et intima viscerum tuorum: ut me submersum in peccatis emergas: et abscondas in foraminibus vulnerum tuorum a facie ire tue: donec pertranseat furor tuus. Amē. Ave dulcissime. Pater noster. Ave maria.

Duodecima Oratio.

**O** Jesu veritatis speculum: unitatis signum et caritatis vinculum: memento innumerabilium vulnere tuorum: quibus a summo capite usque ad ima pedum vulneratus fuisti: et ab impijs iudeis laceratus

z sanctissimo sanguine tuo rubricat<sup>o</sup> quas  
magnitudinē dolorū in virginea carne tua  
perculisti pro nobis pie iesu: quid ultra fa  
cere debuisti qđ non fecisti. Scribe queso  
omnia vulnera tua in corde meo pietosissi  
mo sanguine tuo: vt in illis legam dolorez  
z amorem tuum: vt eoz memoria semper  
apud secretum cordis mei remaneat: vt do  
lor passiois tue in me quotidie renouet: z  
amor augeat vsq; dum perueniā ad te desi  
deratū thesaurū omnium bonoz z gaudioz  
repletur qđ mihi donare digneris xpe dul  
cissime in vita Amen. Ave dul. Pater nř  
Aue.

*Tredecima Oratio.*

**O** iesu leo fortissime rex immortalis z in  
uictissime: Nemento doloris quem  
passus es cū omnes vires corporis cordis  
tui penitus defecerāt: z inclinato capite di  
xisti. Consumatū est: per hanc angustiaz z  
dolorē tuum miserere mei in vltima cōsu  
matione vite exitus mei cum anima mea  
anxia fuerit: z spiritus meus conturbabi  
tur. Ave dulcissime. Pater noster. Ave  
maria.

*Quatuordecima Oratio.*

**O** iesu vnigenite altissimi patris splen  
dor z figura substantie eius: Neme

to obnixe cōmendationis qua patri spiritū  
tū cōmendasti dicens, Pater in ma  
nus tuas cōmendo spiritū meū: z lacerato  
corpore ruptoq; corde cum valido clamo  
re patefactis viscerib; misericordie tue pro  
nobis redimendis expirasti: per hanc pre  
ciosissimā mortem tuā deprecor te rex san  
ctorum: conforta me ad resistendū dyabo  
lo z sanguini z mundo mortuus tibi solū  
viam: z in nouissima hora exitus mei su  
scipe reuertentē ad te spūm meū exulē z pe  
regrinū Amen. Ave dulc. Pater n̄r. Ave  
maria.

Quintadecima Oratio.

**O** Jesu vitis vera z secunda: Memen  
to superfluentis z habundantis effu  
sionis sanguinis tui quem tu de corpore  
tuo sicut de botro expresso copiose effudi  
sti: qm̄ in cruce torcular solus calcasti: z per  
lancēā militarē perfosso latere nobis san  
guinem z aquā propinasti: ita vt minima  
gutta in te remaneret: tunc demū quasi sa  
sculus myrrhe in altum suspēsus fuisse: z  
delicata caro tua euauit: z liquor viscerū  
tuorū exaruit: z medulla ossiū tuorū emar  
cuit: per hanc amarissimā passionem tuā  
z p̄ciosissimi sanguinis tui effusione; pre  
cor te dulcissime iesu vulnera cor meū vt  
penitētie z amoris lacryme sint mihi pa/

nes die ac nocte: z cōuerte me totaliter ad  
te vt cor meū fiat tibi perpetuo babirabile  
z cōuersatio mea tibi placida z accepta sic  
ac finis vite mee laudabilis vt post termi  
num vite mee te laudare merear cū omni  
bus sanctis tuis in eternum Amen. **Aue**  
**dulcissime. Pater noster. Aue maria.**

§ J N S.



Sequitur Oratio eximij docto-  
ris sancti Augustini.



Glacissime dñe iesu xpe ve-  
rus deus qui de sinu pa-  
tris omnipotentis missus  
es in mundū relaxare pec-  
cata: afflictos redimere: in-  
carceratos soluere: disper-  
sos cōgregare: peregrinos in suam patriam  
reducere: contritos corde misereri: dolenti-  
bus indulgere: Dignare dñe ihesu xpe ab-  
soluere z liberare famulū tuum; N. de affli-  
ctione z tribulatione in qua positus sum:  
z tu dñe iesu xpe qui genus humanum in  
q̄rum homo a deo patre omnipotente in  
custodiam recepisti: z ex pietate tua crudeli  
passione nobis parad sum cū precioso san-  
guine tuo mirabiliter mercatus es: z inter  
angelos z hoies pacem fecisti. Tu dñe ihe-  
su xpe digneris inter me z inimicos meos  
stabilire z cōfirmare concordiam z pacem z  
grām tuam super me ostendere: z infunde-  
re misericordiam tuam: z omne odium z ira-  
cundiam inimicorū meorū quod contra me  
habēt: digneris extinguere z mitigare sicut  
iracundiam z odiū Esau abstulisti quod ha-  
bebat aduersus Jacob fratrem suū: ita dñe  
iesu xpe super me famulū tuum. N. brachi

um tuum z gřam tuam ostendere: z me li  
berare digneris ab omnibz me odientibz.  
Et tu dñe iesu xpe sicut liberaſti Abrahaz  
de manibz caldeoꝝ: z filiũ Isaac de ymola  
tione ſacriſtřij cum arietē: z Jacob de ma  
nu Eſau fratris ſui: z Joſeph de manu fra  
trum ſuoꝝ: Noe per archam diluuij: Lotb  
de ciuitate Sodomoz: ſeruos tuos Moy  
ſen z Baron z populũ iſraheliticũ de ma  
nu Pharaonis z de ſeruitute Egypti: Si  
militer Saul de monte gelboe, Dauid re  
gem de manu Saulis z Solie gigantis:  
Suſannam de falſo crimine z testimonio:  
Judith de manu Holiferis, Danielez de  
lacu leontis, Tres pueros Sidrach: Mi  
ſach z Abdenago de camino ignis ardētis  
Jonaz de ventre ceti: z filiã Cananee que  
erat tormentata per dyabolũ: z Adam de  
pfundo puteo inferni cũ precioliſſimo ſar  
guine tuo: z Petrum de mari: z Paulum  
de vinculis: ita me ſamulũ tuum, N. dul  
ciſſime dñe iesu xpe fili dei viui liberare di  
gneris z ſuccurrere in adiutoriũ mei: quia  
inimici ſuper me faciũt z facere volũt mul  
ta mala conſilia: ita dñe iesu xpe euacuare  
digneris conſiliũ eoꝝ ſicut euacuaſti cõſi  
lium Architoſeltis qui cõſiliatus eſt Abſo  
lon contra Dauid regem: ita dñe iesu xpe  
me liberare digneris per ſancta bñficia tua

Per sanctā incarnationē tuam quam ac-  
cepisti vt homo de virgine Maria: Et per  
sanctā natiuitatē tuam: per famem z sitim  
per frigus z calores: per labores z afflictio-  
nes: per sputa: per alapas: per flagella: per  
clauos: per lanceam: per spinam coronaz:  
per potationem fellis z aceti: per seuisimā  
mortē crucis: per septē verba que pendēs  
in cruce dixisti deo patri omnipotenti. Pa-  
ter ignosce illis quia nesciunt quid faciūt.  
Dixisti dñe Latroni in cruce pendēti Amē  
dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Di-  
xisti dñe matri tue Mulier ecce filius tu-  
us. Deinde discipulo tuo Ecce mater tua.  
Dixisti dñe patri tuo Hely hely lamazaba-  
tani: qđ est interpretatū Deus meus deus  
meus vt quid dereliquisti me. Dixisti dñe  
Sinto: id est salutē animaz cupiēdo. Dixi-  
sti dñe patri tuo In manus tuas dñe cō-  
mendo spiritū meū. Dixisti dñe Consuma-  
tum est: significās labores z dolores quos  
pro nobis miseris suscepisti iam finire: pro-  
pter hec oīa rogo te redemptorē meū dñm  
iesum xpm vt me indignū famulū. N. sem-  
per dirigas z custodias ab hoste maligno  
z ab oībus inimicis meis: z ab omni peri-  
culo anime z corporis. hic in p̄senti z po-  
stea in futuro: per descensionem tuam ad  
inferos: per resurrectionem: per frequen-

tationem discipulorum et consolationem: per  
ascensionem tuam: per spiritus missionem  
per aduentum ad iudicium: per istam et per  
cuncta alia beneficia: de quibus gratias ago  
et refero: etiam cunctis beneficiis mihi pecca-  
tori spiritualiter collatis: quia tu me fecisti  
et redemisti et ad fidem tuam me duxisti: et  
ab impio et maligno dyabulo me famulum  
tuum; Meruisti: insuper vitam eternam promi-  
sisti. Et per istam et aliam que oculus non  
vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis  
ascendit: Rogo te dulcissime domine iesu christe  
ut ab omnibus periculis anime et corporis  
pro tua pietate et misericordia me famulum  
tuum. Nunc et semper liberare digneris  
et post huius vite cursum ad te deum vivum  
et verum me perducere digneris. Qui vivis  
et regnas in secula seculorum. Amen.

Deo gratias.

r  
n  
r  
o  
a  
l  
z  
z  
n  
e  
c  
s  
u  
s  
u  
s

*[Faint, illegible handwriting]*

